

✠ In nomine patris. et filii. et spiritus sancti amen. Anno ab incarnatione domini millesimo nonagesimo. VIII. Indictione. VI.^a Ego Rogerius comes sycilie et calabriæ. veniens squillacium ab obsidione capuæ. audivi proclamationem quam fecerunt quidam squillacenses veterani. XXVIII. die. Iulii mensis. super heremitis. videlicet domino Brunone. lanuino. ceterisque fratribus. Causa autem proclamationis. haec erat. Imponebatur namque fratribus heremitis. quod ipsi terras de oliviana et metabra. atque vineas. veteranis squillacensibus auferrent. Quodcirca ego. Rogerius. ponens determinatum diem placitandi. laicis. misi ad magistrum Brunonem. quatinus fratrem lanuinum cum cartis suis antiquis. transmitteret ad diem constitutum laicis. Qui sine mora ad placitum missus fuit. Ostenditque cartas suas coram omnibus ad placitum residentibus. Quibus lectis reperimus. et reperiendo comprobavimus. quod iniusta et sine causa. accusatio terrarum et vinearum supradictarum. fratribus heremitis imponebatur. Preterea in presentia cunctorum. frater lanuinus cartam quandam presentavit. quam in preterita proxima quadragesima. notarius bonus manu sua scripsit. ubi erat eiusdem rei iudicium quod ipse notarius me precipiente iudicaverat. presente roberto stratigone. ceterisque meis hominibus. Hoc autem fuit iudicium. Quandoquidem nullus potest cartis heremitarum contradicere. ergo ego notarius bonus iudico. quod veterani pergant super terminos harum terrarum. et quod inde dividerint et confirmaverint. et cartae dixerint. possideant libere fratres. sine contradictione alicuius hominis. Statim quatuor homines illius loci adfuerunt.

✠ Nel nome del Padre e del Figlio e dello Spirito Santo, amen. Nell'anno millesimo novantesimo ottavo dall'incarnazione del Signore, sesta indizione. Io Ruggiero, conte di **sycilie** e di **calabriæ**, venendo a **squillacium** dall'assedio di **capuæ** ho sentito il reclamo che hanno fatto alcuni veterani **squillacenses** nel giorno XXVIII del mese di luglio a riguardo degli eremiti domini Brunone e Lanuino e di altri frati. Il motivo del reclamo poi era questo. Era contestato infatti ai frati eremiti che gli stessi avessero tolto le terre di **oliviana** e **metabra** e le vigne ai veterani **squillacensibus**. Per la qual cosa io Ruggiero stabilendo un determinato giorno per chiamare in giudizio i laici, mandai messi al maestro Brunone affinché frate Lanuino con le sue antiche carte le rendesse note nel giorno stabilito ai laici. E quello senza indugio fu inviato al giudizio e mostrò le sue carte davanti a tutti i presenti per il giudizio. Lette le quali riscontrammo e nel riscontrare comprovammo che ingiusta e senza motivo era l'accusa che era addossata ai frati eremiti a riguardo delle terre e vigne anzidette. Inoltre, in presenza di tutti, frate Lanuino presentò una certa carta che nella trascorsa ultima quaresima il notaio Bono scrisse di sua mano dove vi era il giudizio a riguardo della stessa cosa che lo stesso notaio per mio comando aveva formulato, presente Roberto **stratigone** e altri miei uomini. Questo poi fu il giudizio. Poiché nessuno può contraddire i documenti degli eremiti, pertanto io notaio Bono giudico che i veterani vadano sopra i confini di queste terre e ciò che quindi avranno diviso e confermato e i documenti avranno detto, possiedano liberamente i frati senza contrasto di alcun uomo. Subito quattro uomini di quel luogo furono pronti ad

qui super terminos perrexerunt. et dividerunt terram oliviani quae pertinet ad arsifiam. et parati fuerunt sacramento firmare. In hac vero divisione interfuit miles carbonellus. et leo catananz. haec sunt nomina virorum qui terminos terrae dividerunt. Arcu fusco cumtaira. arcu de arcumtissa. licatos de pantaleo. Ihoannes coxare. Termini autem terrae sunt hii. A monte de gasparina. incipit primus. terminus. et descendit super olivianum ad grossum terminum. et tendit ad montem qui contra est. ubi aecclesia sancti iuliani est. et inde ad moros quae sunt supra fontem. et vadit per mediam vineam papalicasti. sicut vallis incedit. et transit ad vineas super partem de vogesa. et vadit super fontem. et venit ad montem. et descendit ad domum de chucala. et vadit ad declivium de chelefo. Ego autem comes rogerius postquam audivi antiquas cartas et iudicium iam de ipsis terris ac vineis diffinitum. et rusticorum causam contra fratres nil iuris obtinere: in presentia Iohannis episcopi squillacensis et meae coniugis. Adelaidae. presente meo filio simone iam quatuor annorum existente precepi hanc cartam fieri. in qua laudo. et terram prout hic terminatur fratribus concedo. confirmoque quod in suo dominatu tantum obtineant. quod octo paribus boum arare sufficiat. de reliqua vero terra. suam iusticiam recipiant. Si quis vero meorum hominum. vel heredum. contra hanc cartam facere voluerit. perpetuo anathemate feriat. Petrus de moritorio. huius cartae testis est. Robertus de laina. Toraldus. Carbonellus. Rainaldus. de clincampo. Ubertus de solona. Ego iohannes squillacensis episcopus hanc cartam confirmo et testificor et quicumque infregerit anathemate feriat. nisi resipuerit. Ego rainaldus capellanus comitis. Rogerii. hanc cartam scripsi.

andare sopra i confini e dividero la terra **oliviani** che appatiene ad **arsifiam** e furono pronti a confermare con giuramento. In questa divisione furono invero presenti i cavalieri Carbonello e Leone **catananz**. Questi sono i nomi degli uomini che dividero i confini della terra: **Arcu fusco cumtaira, arcu de arcumtissa, licatos de pantaleo, Giovanni coxare**. I confini poi della terra sono questi: dal monte **de gasparina** incomincia il primo confine e discende sopra **olivianum** fino al grosso termine, e va al monte che é di contro dove é la chiesa di san Giuliano, e di qui ai muri che sono sopra la fonte, e va per mezzo la vigna di **papalicasti** come procede la valle, e passa alle vigne sopra la parte di **vogesa**, e va sopra la fonte, e viene al monte, e discende alla casa di **chucala**, e va al pendio di **chelefo**. Io poi conte Ruggiero dopo che ho udito i documenti antichi e il giudizio già definito a riguardo delle stesse terre e vigne e che la causa dei contadini contro i frati non aveva ottenuto alcun diritto, in presenza di Giovanni vescovo **squillacensis** e della mia coniuge Adelaide, presente mio figlio Simone già dell'età di quattro anni, ho comandato che fosse fatto questo atto che approvo. E concedo ai frati la terra come qui é delimitata e confermo che in loro possesso tanto ottengano quanto sia sufficiente ad otto paia di buoi, della rimanente terra invero accolgano la sua giustizia. Se invero qualcuno dei miei uomini e dei miei eredi volesse agire contro questo atto in perpetuo sia oppresso dall'anatema. Pietro **de moritorio** è testimone di questo atto. Roberto **de laina**. Toraldo. Carbonello. Rainaldo **de clincampo**. Uberto **de solona**. Io Giovanni, vescovo **squillacensis**, confermo questo atto e ne sono testimone e chiunque lo infrangesse sia oppresso dall'anatema se non si pentisse. Io Rainaldo, cappellano del

conte Ruggiero, ho scritto questo atto.